Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26908
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ad locum uirorum et euocans presbyterum rogauit secum uenire ad patientem. Vbi cum uenien
tes uiderunt multos affuisse qui uexatum tenere et motus eius insanos comprimere conati. neque ua
lebant dicebat presbyter exorcismos. et quoque potat. prosedando misi furore agebat. sed non ipse quo
uis multum laborans. proficere aliquid ualebat. Cumque nil salutis furenti super esse uideretur repen
te uenit in mente abbatis pulueris ille prefatus. statimque uisit ire ministrum et capsellam in qua erat
adducere. Et cum illa afferens quae uissa est intraret in atrium domus. in cuius interioribus demonios torqueba
tur. conticuit ille subito. et qui in somnum laxatus deposuit caput. membra inquietem omnia composuit. Con
ticuere omnes intentique ora tenebant. quem res exitum habet sollicite expectantes. Et post aliquan
tum hore spacium resedit qui uexabatur. et gauit suspirans modo inquit sanum sapio. recepi autem
sensum animi mei. At illi sedulo si scitabantur quomodo hoc contigisset. Qui ait. Mox ut uirgo hec cum
capsella quam portabat appropinquabat atrio domus huius discessere omnes qui me premebant spiritus ma
ligni. et relicto me nusquam comparuerunt. Tunc dedit ei abbas portiunculam de puluere illo. et sic data
oratione a presbytero. noctem illam quietissimam duxit. neque aliquid ex eo tempore nocturni timoris aut
uexationis ab antiquo hoste pertulit. XII. Sequenti de hac tempore fuit in eodem monasterio
puerulus quidam. longo febrium incommodo gauit uexatus. Quem die quadam sollicitus horam accessionis
expectaret. ingressus ad eum quidam de fratribus. uis inquid minante. docea te quomodo cureris ab
huius molestia languoris. Surge igitur de ecclesiam. et accedens ad sepulcrum osuualdi. ibi
reside. et quietus manens adhere tumbe. Vide ne ex eas inde. nec de loco mouearis. donec
hora recessionis febrium transierit. tunc ipse in turbo et educam te inde. Fecit ut ille suasit. sedet
tenque eum ad sepulcrum sancti. infirmitas tangere neque presumpsit. quin interim timens ausus
ut nec secunda die nec tercia. neque unquam exinde. eum audet contingere. Quod ita esset gestum referebat
mihi fratrem. in aduenientis. adiecimque eo adhuc tempore quo mecum loquebatur. quod super esset in eodem mona
sterio iam iuuenis ille. in quo tunc puero factum erat hoc miraculum sanitatis. Nec mirandum pre
ces regis illius. iam cum domino regnantis. multum uale apud eum. qui temporalis regni quondam gubernacula
tenens. magis pro eterno regno semper laborare. ac deprecari solebat. Denique ferunt quia
crebrum a tempore matutine laudis. sepius ad diem usque in orationibus perstitit. atque ob crebrum mortem oran
di. siue gratias agendi. semper ubicumque sedens. supinas pro genua sua in manus habere solitus sit.
Vulgatum est autem et in consuetudinem prouerbii uersum. quod tunc inter uerba orationis uitam finierit. Namque cum
armis et hostibus circumseptus. iam iamque uideret se esse perimendum. oratum pro animabus exercitus sui. Unde
dicit in prouerbio. Ossa igitur illius translata et conditas in monasterio quod diximus. Porro caput et manus
cum brachiis a corpore precisas. uisit rex qui eum occidit. in stipitibus suspendi. Quod post annum
de ueniens cum exercitu. successor eius osuuinus abstulit ea. et caput quidem in monasterio
lyndisfarnensis ecclesie. in regia uero ciuitate manus cum brachiis condidit. Nec solum in cliti
fama uiri. brittannie fines lustrauit uniuersos. sed et transoceanum longe radios sa
lutifere lucis spargens. germanie simul et hybernie partes attigit. Denique reuerentissimus
antistes acca solent referre. quod cum romam uadens apud sanctissimum fresonum archiepiscopum
willibrordum. cum suo antistite wilfrido moraretur. crebro eum audierit de mirandis

Deus miserere animabus. dixit in terram cadens oswaldus.